



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias  
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||  
quatuor.||**

**Durandus <de Sancto Porciano>**

**Antverpiæ, 1567**

Quæstio quinta. Vtrum conueniens fuerit Christum tertia die resurgere.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

### Lib. III. Distinctio. XXII.

7 DE PATRIBVS autem qui erant in limbo, patet quod fuerunt liberati per Christum, quia tales nulli paenae erant obnoxii, nisi soli poena danni debita peccato totius naturae. Sed hoc debitum directe, per passionem Christi solutum est, igitur per passionem Christi tales fuerunt penitus liberati.

8 A D Primum argumentum dicendum quod ascensio congruit Christi ratione sui, & ideo quia ipse est alatus super omnes ascendere debuit, sed descendere non competit ei nisi pro nobis. Et ideo tantum defensit quantum nostrae liberacioni expediebat & non sub omnibus simpliciter.

9 Ad secundum dicendum quod limbus patrum dicitur infernus inferior non simpliciter, sed respectu huius habitationis, de quo anima David vel etiam Christi deducta fuit. Et ille locus potest dici profundissimum inferni comparatur ut profundum sit respectu colli aer caliginosus in quo sunt demones, profundus locus nostrae habitationis, profundus autem limbus patrum, de qua lob liberatus fuit.

### QVÆSTIO QUINTA.

An conueniens fuerit Christum tertia die resurgere.

*Tho.3. q.33. art. 2. & q.51. art. 4.*

SECUNDUM O principaliter queritur de resurrectione Christi, circa quam quæruntur duo. Primum est an conueniens fuerit Christum tertia die resurgere. Secundum est an debuerit resurrectionem suam, per argumentum probare. Ad primum sic procedit. Et videtur quod non fuerit conueniens Christum tertia die resurgere, quia separatio anima Christi a corpore per mortem fuit solum facta propter nostram redemptionem, sed redemptio nostra in instanti mortis Christi completa est, ergo statim debuit anima Christi suo corpori reuniri.

2 Item membra debent capiti conformari & caput membris, sed nos qui sumus membra, non resurgimus terrena, sed differtur resurrectio nostra vsq; in finem mundi, ergo videtur quod resurrectio Christi qui est caput nostrum tantundem differri debuerit.

3 Itē Dominus dicit Mat. 12. sicut fuit Iudas in ventre ceteri tribus diebus & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terrae. Sed si corpus Christi fuit in corde terrae cum non fuerit ibi nisi mortuum non potuit resurgere tertia die, sed quarta vel quinta, quare &c.

4 IN CONTRARIUM est quod dicitur in symbole, resurrexit tertia die secundum scripturas. Et Mat. 20. Trident eum genibus ad illudendum, flagellandum, & crucifigendum, & tertia die resurgent.

5 RESPONSO. Dicenda sunt duo. Primum est quod conueniens fuit Christum à morte resurgere. Secundum est quod conueniens fuit ipsum tertia die resurgere.

6 Convenientia primi patet propter quatuor. Primo propter naturam assumptę perfectionem, quia natura debebatur omnis perfectione quam possibile est in natura reperi. Sed prima perfectione naturae humana confusum ex unione fuerunt partium quae etiam non habent rationem perfectionis cum sint ab iniucem separatae, ergo haec perfectione debuit esse semper in natura assumpta nisi quantum oportuit eā solui propter necessitatem nostrae redemptionis propter quam ipsa natura assumpta fuit. Secundo propter fideli confirmationem maxime quantum ad deitatem Christi humanitas enim claret patuit in morte, sed deitas latuit propter quod decuit quod virtus deitatis in resurrectione patet, vnde. 2. Cor. 8. dicitur & si crucifixus est ex infirmitate, sed vivit ex virtute Dei. Tertio propter spei nostrae sublevationem. Quia dum videntem Christum qui est caput nostrum resurrexisse, speramus & nos resurectos cum simus eius membra, vnde. 1. Cor. 15. dicitur. Si Christus predicatur quod resurrexit a mortuis, quomodo quidā dicunt in nobis quod resurrectio mortuorum non est? Quarto propter cōplementum nostrae salutis, quia sicut mala sustinuit moriendo ut nos liberaret a malis, ita glorificatus est resurgendo ut nos protocaret ad bona secundum illud Ro. 14. traditum est propter debita nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram, & sic patet primum.

7 Quantum ad secundum pater, quod conueniens fuit Christum tertia die resurgere, quia sicut dictum est resurrectio Christi manifestauit eius deitatem sicut mors

### Quæstio V.

250  
humanitatem, ergo decuit ut Christus tantum morte de tineretur quantum sufficiebat ad declarandum cum fuisse vere mortuum, propter quod oportuit aliquam moram esse inter mortem & resurrectionem. Si enim statim post mortem resurrexisse, potuisset videri quod non fuisse vere mortuus, & per consequens non vere resurrexisse. Ad veritatem autem mortis manifestandam sufficiebat quod usq; ad tertiam diem eius resurreccio differretur, quia non contingit quin infra tempus in homine qui videtur mortuus & non est, appareat aliqua signa vite. Sic dicitur de illis qui laborant apoplisia, quare conueniens fuit Christum tertia die resurgere.

8 Ad primum argumentum dicendum quod non suffum oportet ad salutem nostram quod redemptio nostra fieret per mortem Christi, sed quod fides mortis eius confirmaretur in nobis, quod non fuisse factum si immediate post mortem resurrexisse, quia potuisset credi quod non fuisse vere mortuus.

9 Ad secundum dicendum quod caput & membra conservantur in natura, sed non in virtute, Excellentior enim est virtus capitis quam membrorum. Et ideo ad demonstrandum excellentiam virtutis Christi cōgruum fuit Christum tertia die resurgere aliorum resurrectione dilata usq; ad finem mundi.

10 Ad tertium dicendum quod Christus dicitur fuisse tridus diebus & tribus noctibus in corde terrae per synecdochen, hoc est accipiendo parte pro toto, quia sepultus fuit feria, vi, in fero quae pars computatur pro toto die, & in sepulchro manit per totū sabbati, hoc est per diem integrum, & per nosm diel dominicā quae pars similiter accipitur pro toto die naturali, & in diluculo diei dominici surrexit. Quocunq; autē modo accipiatur dies, siue pro die naturali qui continet spaciū 24. horarū, siue pro die artificiali qui est latio solis super terrā semper Christus dicitur tertia die resurrexit. Quod patet de die naturali, quia sicut primi dies propter primi hominis lapsum computatur a luce in nocte, ita isti dies propter hominis reparatio computatur a tenebris ad lucē, ita ut prima pars diei naturalis sit tenebra vel nox. Secunda vero lux. Christus autē passus est in fine ferie, & hoc circa nonā, & sic habemus primā diē, & fuit in sepulchro per totū sabbati, ecce secundus dies, & resurrexit in diluculo dominice, ecce quod in tertia die resurrexit, idem est accipiendo diem artificialē. Quia diluculum diei dominice est principium tertiae diei artificialis, vt de se patet.

### QVÆSTIO SEXTA.

Vtrum Christus debuerit probare resurrectionem suam per argumenta.

*Tho.3. q.55. art. 5. & 6.*

A D tertium sic proceditur. Et videtur quod Christus non debuerit probare resurrectionē suam per argumenta. Quia illa argumenta quae induxit aut fuerunt sufficiencia ad probandum resurrectionē aut non. Si non frustra adducta fuerunt, si sic cum argumentū sufficiens facit scientiam vel agnitionem que non stant simul cum fide, vel faltem evanescunt meritum fidei, dicente Greg. in homiliis quod fides non habet meritū cui humana ratio prebet experimentū, videtur quod illa argumēta evanescerint meritū fidei, quod est inconveniens.

2 Item quicquid Christus ostendit discipulis ad manifestationē sue resurrectionis hoc posunt ostendere angelica corpora assumentes, & in eis hominibus apparentes, nā angelī in humana effigie frequenter se hominibus ostende runt & cum eis loquebantur, & comedebant ac si essent homines veri, vt patet Gen. 18. de angelis qui apparuerunt Abraham, & tamen angelī nō habent vera corpora humana nisi unita quod requiritur ad veram resurrectionē, ergo videtur quod signa quae Christus exhibuit discipulis non fuerunt conuenientia ad probandum resurrectionē.

3 Itē sicut resurrectio est articulus fidei, ita passio & ascensio & multa alia quae pertinet ad divinitatē Christi, sed illa non fuerunt probata per aliqua argumenta, ergo nec resurrectio debuit probari.

4 IN Contrarium est quod dicitur Act. 1. Prebuit seipsum viuum post passionem suam in multis argumentis.

II 2 5 R.E.